Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Liber

et in manu regis moab, et
pugnauerit aduersus eos.
Postea vero damauerunt ad
dnm et dixerunt, Peccauimus
qz dereliquimus dnm et ser-
uimus balaim et astaroth,
Nunc ergo eruo nos de manu
inimicorz nrorz et seruiemus
tibi. Et misit dns ierobaal et
benadan et barach et iepte
et samuel, et eruit vos de
manu inimicorz vrorz p circuitu,
et habitastis confidenter. Videtes
autem quod naas rex filiorum
ammon venisset aduersus
vos dixistis mihi, Nequaquam
sed rex imperabit nobis, cum
dns deus vester regnaret in
nobis. Nunc ergo ecce rex quem elegistis et petistis,
Ecce dns dedit vobis regem.
Si timueritis dnm et seruieritis
ei, et audieritis eius vocem
et non exasperaueritis os dni, eri-
tis et vos et rex qui imperat
vobis sequentes dnm deum
vestrum. Si autem non audieritis
vocem dni, sed exasperaueritis
sermonem dni, erit manus dni
super vos et super patres vestros.
Sed et nunc state et videte
rem istam grandem, quam facturus
est dns in conspectu vestro. Nunquid
non messis est tritici hodie?
Inuocabo dnm et dabit tono-
tres et pluuias, et scietis et
videbitis qz grande malum
fecistis vobis in conspectu dni
petentes super vos regem. Et
clamauit samuel ad dnm
et dedit dns voces et pluuias
in die illa. Et timuit omnis
populus nimis dnm et samuelem.
Dixitq; vniuersus populus ad
samuelem, Ora pro seruis tuis
ad dnm deum tuum, vt non mo-
riamur. Addidimus enim vniuer-
sis peccatis nostris malum, vt pete-
remus nobis regem. Dixit au-
tem samuel ad populum, Nolite timere
vos fecistis vniuersum malum hoc.
Veruntamen nolite recedere a
tergo dni et seruite dno in
toto corde vestro, et nolite de-
clinare post vana, quae non pro-
dent vobis neq; eruent vos,
qz vana sunt, et non delinquet
dnm suum propter nomen suum
magnum, qz inuauit dns facere
vos sibi populum. Absit autem a me
hoc peccatum in dno. Vt cessem
orare pro vobis et docebo vos
viam bonam et rectam. Tantum time-
te dnm et seruite ei in veri-
tate et ex toto corde vestro.
Vidistis enim magnificentiam quam in
vobis egessit dns. Quod si
perseueraueritis in malicia, et
vos et rex vestr, peribitis.

Capitulum xiiii

Filius vnius anni erat
saul, cum regnare cepis-
set, duobus autem annis regna-
uit super israel. Et elegit saul sibi
milia de israel, et erant cum sau-
le duo milia in machmas et
in monte bethel, mille autem cum
ionatha in galaath beniamin.
Porro ceteros populum remisit v-
nusquisque in tabernacula sua.
Et percussit ionatha stationem
philistinorz quae erat in gabaa.
Quod cum audisset philistinus saul
cecinit buccina in omni terra
dicens, Audiant hebrei et omni
israel audiant hunc sermo-
nem fama peruenit, Saul sta-
tionem philistinorz. Et expeit